

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Alberti Doctoris Magni ex Ordine Prædicatorum  
Episcopi Ratisponensis De Adhærendo Deo Libellvs**

**Johannes <de Castello>  
Albertus <Magnus>**

**Antverpiae, 1621**

Cap. III. Quæ sit conformitas perfectionis hominis in hac vita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44148**

DE ADHÆRENDO DEO LIE. II  
dis vel honoris iacturam, in fortitudine  
spiritus quæritur. Alioquin quid pro-  
ficit Religiosus, si totum mundum lu-  
cretur, & animæ suæ detrimentum pa-  
tiatur? Aut quid relevat status, profes-  
sionis sanctitas, perfectionis habitus,  
tonsura, & exterioris dispositio conuer-  
sationis; sine vita in spiritu humilitatis  
& veritatis, vbi Christus habitat per  
fidem charitate formatam? Hinc est il-  
lud Lucæ 17. *Regnum Dei intra vos est*, *Luc. 17.*  
quod est Christus Iesus.

### CAPVT III.

*Quæ sit conformitas perfectionis  
hominis in hac vita.*

**P**ORRO quantò plus mens sollicita  
est ad ista inferiora & humana co-  
gitanda & tractanda, tantò plus à supe-  
rioribus & cælestibus per deuotionis  
intima elongatur: & quantò feruentius  
ab inferiorum memoria, affectu & in-  
tellectu ad superiora sensus colligitur,  
tantò perfectior erit oratio, & purior  
contemplatio: quia simul perfectè non  
potest esse vtrisque intenta, quæ sicut

A 6 lux

lux & tenebrae sunt diuisa. Quippe qui  
Deo adhæret, versatur in lumine : qui  
verò mundo adhæret, in tenebris est.  
Qua ex re, est hominis in hac vita sub-  
limior perfectio, ita Deo vniri ut tota  
anima cum omnibus potentijs suis &  
viribus in Dominum Deum suum sit  
collecta, ut unus fiat spiritus cum eo, &  
nihil meminerit nisi Deum, nihil sen-  
tiat vel intelligat nisi Deum, & omnes  
affectiones in amoris gaudio vnitæ,  
in sola Conditoris fruitione suauiter  
quiescant. Imago enim Dei in his tri-  
bus potentijs in anima expressa consi-  
stit, videlicet, ratione, memoria, & vo-  
luntate. Et quamdiu illæ ex toto, Deo  
impressæ non sunt, non est anima dei-  
formis iuxta primariam animæ creatio-  
nem. Forma nempe animæ Deus est,  
eui debet imprimi, sicut cera sigillo, &  
signatum signo signatur. Hoc autem  
numquam plenè fit, nisi cum ratio per-  
fectè iuxta capacitem suam illumina-  
tur ad cognitionem Dei, qui est summa  
veritas; & voluntas perfectè afficitur ad  
amandam summam bonitatem, & me-  
moria plenè absorbetur ad intuendum  
& fruendum æterna felicitate, & ad  
sua-

DE ADHÆRENDO DEO LIB. 13  
suauiter & delectabiliter in ea quiescendum. Et quia in horum consummata adeptione consistit gloria beatitudinis, quæ perficietur in patria; liquet quod istorum perfecta inchoatio est perfectio in hac vita.

#### CAPVT IV.

*Qualiter operatio humana debeat esse in solo intellectu, & non in sensibus.*

**F**ELIX ergo, qui per abstersionem continuam phantasmatum & imaginum, ac per introversionem & inibi per sursum-ductionem mentis in Deum, tandem aliquando obliniscitur phantasmatum quodammodo, ac per hoc consequenter operatur interius nudo ac simplici ac puro intellectu & affectu circa obiectum simplicissimum Deum. Omnia igitur phantasmata, species, imagines, ac formas rerum omnium citra Deum à mente reiicias, ut in solo nudo intellectu & affectu ac voluntate tuum pendeat exercitium circa Deum intrate. Nempe finis omnium exerci-

A 7 tiorum